

IOANNIS  
ECKII, SVEVI,  
ENCHEIRIDION LO-  
CORVM COMMVNIVM  
ADVERSVS MART. LVTHE-  
RVM ATQVE ALIOS  
Ecclesiæ hostes.

*Accesserunt nonnulla alia que vide  
pagina sequente.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
In officina Birckmannica sumptibus  
Arnoldi Mylij.

ANNO M. DC.

*Cum Gratia & Privilegio S. Cas. Maiest.*

Coll. Soc. I. asv. Salm. ex dono R. & P. M. M.

A QVIBVS AVTHORIBVS  
HOC ENCHIRIDION  
IOANNIS ECKII  
auctum sit.

Ioannes Cochleus, De viginti & uno  
articulis Anabaptistarum.

Richardus à Sancto victore, De Clauibus,  
seu potestate ligandi atque soluendi.

De veneratione & inuocatione Sanctorum,  
ac de venerandis eorū reliquijs,  
breuis affectio, ab incerto autore.

Epistola Cypriani ad Cornelium fratrem,  
de obtemperando Sacerdotibus.

# DE ECCLESIA ET EIVS AVTHO- RITATE.

## PRIMA.

*Prima propositio trimembris est.*

*Primum  
membrum  
probatur,  
sancta ec-  
clesia est  
corpus  
Christi.  
Eph. 4.*

*Ecclesie  
corpus.*

*Can. 6.  
Vna.  
Col. 4.*

*Eph. 5.*

**E**cclēsia est corpus Christi, Sponsa Christi, regnum cælorum, Paulus. Omnia subiecit sub pedib. eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cū patientia supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus, in vinculo pacis, unū corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, unū baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Probatio secundæ partis primæ propositionis, scilicet, est spōsa Christi. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genetrici suæ. Hortus conclusus soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quoniã

*VIR*